Google

## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

1912

Digitized by Google

Digitized by Google

Philol. 109.
pièce 16.

# TABULA
# ANTIATINA

Digitized by Google

Digitized by Google

# TABULA
# ANTIATINA
## E RUINIS VETERIS ANTII
## *Nuper Effoſſa*

*INTERPRETATIONE, ET NOTIS*

A B

JOSEPHO ROCCO VULPIO

SOC. JESU SACERDOTE

*ILLUSTRATA.*




*ROMAE*

Excudebat JOANNES MARIA SALVIONUS

Typographus VATICANUS

CIↃ IↃ CCXXVI.

*Superiorum Facultate.*

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI

# ALEXANDRO ALBANO

*CLEMENTIS XI. P. M. Fratris Filio*
*Cardinali Ampliſſimo.*

Joſephus Roccus Vulpius Soc. Jeſu Sacerdos
FELICITATEM

*QVVM nuper ad Te, Petrus Marcellinus Corradinus Cardinalis Ampliſſimus mihi aditum aperuiſſet, ut eam quam*



Digitized by Google

*illo jubente Veteris Latii hiſtoriam perſequor, ipſe quoque vetuſtis monumentis, quorum in erudito tuo Muſæo ingens copia, juvares, tanta me* ALEXANDER ALBANE CARDINALIS AMPLISSIME, *humanitate, comitate ſtudio ſuſcepiſti, ut ingentes ſane animos dares ad rem alacrius in dies gerendam, quippe qui, me tuo quoque patrocinio ac præſidio in antiquis præſertim lapidibus erutis interpretandis ac deſcribendis fulciri viderem. Tabulam cum primis ex Antii ruinis anno ſuperiore tuis impenſa ac ſtudio effoſſam, qua Antiatum res illuſtrarem, (ſiquidem de Antiatibus mihi tunc ſcribebatur hiſtoria) interpretandam permiſiſti, quod & a me factum, & hiſtoriæ reliquæ de Antiatibus monumentum adjunctum fuit cum grata de te ſuſce-*



Digitized by Google

*pti beneficii recordatione. Quum tamen arctis admodum temporis finibus tunc anguſtarer, ea tantum hujus Tabulæ ſum interpretatus, quæ legentibus conciſas in illa deſcriptas notas ut inoffenſo pede percurrerent ſatisfore judicavi. Uberiorem autem interpretationem, quam me habiturum tunc quoque receperam, nunc do, tibique meum hunc qualemcumque laborem, Cardinalis Ampliſſime, dico & addico. Te enim his eruditæ antiquitatis monumentis apprime delectari Muſæum tuum nobiliſſimum iisdem confertum luculento ſatis eſt teſtimonio. Copioſiſſima vero Bibliotheca tua optimis rariſſimiſque codicibus incredibili ſtudio undique conquiſitis ditata & publico ſtudioſorum ac literatorum hominum bono ab humanitate tua ſemper*

*pa-*

Digitized by Google

*patens favorem tuum in optimis artibus ac ſtudiis promovendis abunde declarat. Quod ut in ſingula pene momenta præſtare poſſis, doctos eidem viros præfeciſti, qui alienis ſemper & ſtudiis & commodis præſto eſſent. Quæ omnia eo conſtantius volui recenſere, quo memetipſum teſtem in ſingula poſſum adducere. Hanc vero comitatem digniſſimam quidem Viro Principe virtutem (ſed perraram ſæpius) ab Optimo Patruo tuo hauſiſti, Cardinalis Ampliſſime. Vivit enim vivit in omnium memoria altiſſime defixa atque impreſſa CLEMENTIS XI. Pontificis vere Optimi vere Maximi Patrui tui ſingularis comitas ac benignitas, qua bonarum artium ſtudia liberaliſſime complexus eſt. Vivit, inquam, vivetque*



Digitized by Google

*Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum*
*Accolet, imperiumque Pater Romanus habebit.*

*At in quam difficilem & ſcopuloſum locum non imprudens inciderim, quamque periculoſæ plenum opus aleæ tractem, dum tuas perſequi laudes conor, ſat novi. Itaque ne modeſtiæ tuæ vulnus graviſſimum infligam, ſi omnes perſequi velim, imperato illas ſilentio omnibus potiore laudibus prætermittam. Quodſi, hoc a me Tibi dicatum opuſculum aliquantulum reſpicies, Tibique (quod mihi blandiar) non injucundum acciderit, animos addes ad majora in dies perſequenda, quæ Eruditæ Antiquitatis curioſos Sectatores maxime juvent, meque in eorum numerum ab tua humanitate recenſitum* co-

Digitized by Google

*cognoveris, quorum animos tua beneficia in omne obſequium tibi devinctiſſimos reddiderunt. Vale.*

*Romæ ex Græcorum Collegio.*

Eidib. Decembr. Repar. Orb. A. CIↃ IↃCC XXVI.

Digitized by Google

# MICHAEL ANGELUS TAMBURINUS
## *Præpoſitus Generalis Societatis* JESU.

CUm Opuſculum, cui titulus: *Tabula Antiatina E Ruinis Veteris Antii nuper effoſſa interpretatione & notis A P. Joſepho Rocco Vulpio Societatis Jeſu Sacerdote Illuſtrata* aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur; ſi iis, ad quos pertinet ita videbitur: cujus rei gratia, has Literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus.

Romæ 28. Junii 1725.

*Michael Angelus Tamburinus.*

---

*IMPRIMATUR.*

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Palat. Apoſt.

*N. Epiſcopus Bojanus Vicesger.*

---

*IMPRIMATUR.*

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum
Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

*Fragmentum inſcriptionis ſuperſtes ... eſis Em. ac Reu. Principiſ Ale: xandri S. R. E. Card. Albani: cujus ... 1723*

IX C... ·GRAPHINATA
ME... DIVS·ROMANVS
DD. P... S·VER·CAP·ABIB
VDIVS ... ILARIAN·ASVPEL
VDIVS ... GEBER·CENSORIN
ATHV... S·TEC·EVPORIAN
EGVS
PR
IRIMVS A ATR

Digitized by Google




# *Quid ſibi voluerit hæc Tabula, atque in ea deſcripta in univerſum Expoſitio.*

## CAPUT PRIMUM.

INter Veteris Antii (de qua Urbe hiſtoriam nuperrime ſcripſimus) monumenta, locum damus huic Tabulæ ibidem nuperrime effoſſæ, brevemque illius, quantum ex fragmentis in unum coaptatis conjectura aſſequi poſſumus, explicationem adjungimus. Duplicem itaque partem habet Tabula, ſive fragmentum Tabulæ. Prima quidem Cæſariani, ſive Cæſareæ domus ſervi deſcribuntur. Altera vero ſex poſteriorum anni menſium Calendarium notatur. Quod quidem ad Servos attinet: eorum miniſteria conciſis de more notis ſignantur, quarum infra ſententiam ſubdam. Quantum vero coniectura aſſequi poſſum; erant hi Servi imperatorii, qui imperatoriarum ædium Antii magnificentiſſime, ut in Antiatum hiſtoria dictum eſt, extructarum curam habebant. In Tabula autem ſignata ſunt eorum nomina vel tantum honoris cauſa, ut poſteris eorum apud Cæſarem miniſteria innoteſcerent, vel ob grati animi monumentum ab An-

A tia-

Digitized by Google

tiatibus incidi juſſa, quòd de ſuo hi Servi & Liberti Cæſarum in publica munera, Congiarium, puta, epulum vel ludos, pecuniæ vim illam & ſummam contuliſſent, quæ in tabula identidem his notis (H-S ∞) aut ſimilibus exprimitur. Cui Conjecturæ appoſitum Calendarium, in quo dies ludorum aliorumque munerum ſingillatim notantur, non leve pondus addere videtur. Ludos autem epula, atque hoc genus munera populo a Cæſarianis Servis & Libertis præberi conſueviſſe nemo eſt, qui neſciat. Cur autem hos Servos Antiates potius ſive Antii degentes, quam Urbanos, Urbanorumque miniſteriorum in ædibus Cæſarum Curatores fuiſſe putem, id facit, quod Antii fuerit hæc Tabula, & modo reperta, & proinde antiquitus poſita, in atrio ſcilicet Templi alicujus vel ædis publicæ aut certe foro, via, aliove celebri loco collocata. Quædam etiam inibi notantur miniſteria, quæ Ruſticationis propria ac peculiaria videntur, ac proinde Antii, in qua Urbe ruſticationis delicias Imperatorum multos hauſiſſe diximus. Legitur enim ibi *Subvillicus*, *Topiarius*, & Servus *Portandis ilicibus* præfectus. Illud autem maxime animadvertendum, quod inter hos Servos notatur etiam *Æditwus Fortunarum*, quem eſſe æditwum Fortunarum Antiatum nullus dubito, ac proinde Antii ſervaſſe in æde Fortunarum. Æditwus enim proprie eſt, qui in æde ſervat, qui ædem cuſtodit ejuſque ſupellectilis curam habet, ædiſq; ipſius aditum claudit & reſerat; quæ munera nonniſi coram exhiberi poſſunt; niſi tamen per vicarium fierent. Potiſſimum autem argumentum, cur hos Servos Antii in ædibus Imperatoriis degiſſe crediderim, eſt, quod pecuniæ ſumma ex Decurionum decreto notatur. Decuriones autem Magiſtratus fuere non Urbani ſed Coloniarum. In Urbe enim Decuriones nonniſi in exercitu fuerunt, præpoſiti nempe decem militibus, ut Centuriones centum, vel in Comitiis uni decuriæ Civium. Magiſtratus autem Urbanus, cujus decreto aliquid ſanciretur, in Urbe Decuriones fuiſſe nuſquam leguntur. Quod de Coloniis paſſim apud Scriptores occurrit, noſque, ubi de magiſtratibus Antiatum egimus, fuſe oſtendimus. Et hæc quidem quod attinet ad Servorum ſeu patriam, ſeu domicilium. Cujus autem Imperatoris hi ſervi fuerint, omnino non liquet. Quamvis enim ex

Con-

Digitized by Google

Conſulibus, qui identidem in Tabula notantur, aliquid luminis ad hoc inveſtigandum affulgeat, id tantum non eſt, ut ſtabilem in ſententia dicenda pedem figere tuto quis poſſit. Cum tamen ter notetur *Tiberius Claudius Cæſar Auguſtus Conſul*; ejus Servos illos fuiſſe, pronum eſt ſuſpicari. Hîc autem interpretamur appoſite conciſa verba, quibus Servorum miniſteria in Tabula innuuntur, illiſque explicandis, atque illuſtrandis breves aliquot notas adjungimus legentibus ad intelligendum apprime utiles: Accipe itaque primæ partis hujus Tabulæ verborum conciſorum interpretationem.

# *Verborum in Prima Tabulæ parte conciſe deſcriptorum Interpretatio.*

## CAPUT SECUNDUM.

1 CLAUDIO CAESARE AUG.
Claudio Cæſare Auguſto.
CAECINA. LARGO. COS.
Cæcina Largo Conſule.
2 TI CLAUDIO CAESARE AUG COS
Tiberio Claudio Cæſare Conſule.
L. VITELLIO II
Lucio Vitellio Secundò.
3 C. PONTIO COS
Cajo Pontio Conſule.
4 M. STATILIO TAURO
Marco Statilio Tauro.
L. QVINCTIO SECVNDO COS
Lucio Quinctio Secundum Conſule.
5 Q. VERANIO
A. POMPEIO GALLO CoS
Quincto Veranio.
Aulo Pompejo Gallo Conſulibus.



Digitized by Google

6 C. ANTISTIVS VETVS
M. SVILLIO NERVILINO CoS
Cajus Antiſtius Vetus. [ſupple, *cum*]
Marco Suillio Nervilino Conſules.

7 TI CLAVDIO AVGVSTO
SER. CORNELIO ORPHITO CoS
Tiberio Claudio Auguſto.
Servio Cornelio Orphito Conſulibus.

8 DD PRO. MAG. H-S ∞ Ð C
Decurionum decreto pro Magiſtratu ſeſtertium millia ſexcenta.

9 ATR - - - - - - Atrienſis.

10 PRO MAG H-S ∞ DC
Pro Magiſtratu ſeſtertium millia ſexcenta.

11 SVBVIL - - - - Subvillicus.

12 TOP - - - - - - Topiacius.

13 ATR - - - - - - Atrienſis.

14 POLIT - - - - Politor.

15 AUG LIB - - - - Auguſti Libertus.

16 A BIB - - - - A Bibliotheca.

17 AEDIT. VERNANI Æditus Vernani.

18 PRINCEPS ∴ ABELLA Princeps Tabellariorum.
$\overline{\text{I I}}$ Secundo, ſive ſecundus, ſive ſecundum.

19 DEC TAN - - - Decies tantum.

20 AEDITVS FORTVNARVM
Ædituus Fortunarum, nempe Antiatum.

21 CAMP - - - - Campidoctor.

22 TEC - - - - - - Tector.

23 SPEC - - - - - Speculator.

24 AVG L EX DD H-S ∞ DC
Auguſti Libertus ex Decurionum decreto ſeſtertium millia ſexcenta.

25 EX. D. D. ALLEC. H-S ∞ ATR
Ex Decurionum decreto allectus ſeſtertiis mille Atrienſis.

26 VER. CAP. A BIB Verus Capito a Bibliotheca.



Digitized by Google

27 HILARIAN. A SVPEL — Hilarianus a Supellectile.
28 TEC. EVPORIAN — Tector Euporianus.
29 EX. D.D. H-S ∞∞
Ex Decreto Decurionum ſeſtertium duobus millibus.
30 APID - - - - - - Serapidis.
31 PAVIMEN - - - Pavimentarius.
32 SPHAER - - - - Sphæriſticus, vel Sphæriſta.
33 ATREN - - - - - Atrenſis.
34 AVG. L. PICTOR - Auguſti Libertus pictor.
35 AVG L. IVSCVL
Auguſti Libertus Juſcularius, ſeu Juſculentarius.
36 TEGVL - - - - Tegularius.
37 LIAN DISPENS
Libertus Antonini, vel Antonii, vel Annonæ, vel Antii diſpenſator.
38 AN SVBVIL - - - Antonini, vel Antii Subvillicus.
39 M. MEDIC — Marci Medicus.
40 POR : : · ILIC - - Portandis Ilicibus.
41 A CORIN - - - - A Corinthiis.
42 MED - - - - - - Medicus
43 FAVON THER - Favonius Thermarius.
44 PEDISQ. - - - - Pediſequus.

# *In Primæ Partis Tabulæ Interpretationem Notæ.*

## CAPUT TERTIUM.

1 CLAVDIO CAESARE AVG
CAECINA. LARGO. COS

Claudio Cæſare Auguſto Cæcina Largo Conſule. Non vereor, quin aliquis ſub initium interpretationis meæ me ſtatim reprehendat, quod tres illas literas COS *Conſule* ſim interpretatus, non vero

Digitized by Google

vero *Conſulibus* cum tamen de duobus agatur. Si quis enim hoc forte reprehenderet, meminerit velim *Conſulibus* ita exprimi COSS duobus nempe SS vel certe uno grandiori atque extra aliarum literarum ordinem ſic CoS, ut in exemplis, quæ ſequuntur in Tabula, apparet. Ceterum hic ſecundus fuit Claudii Imperatoris Conſulatus Anno U. C. DCCXCV., & in Faſtis Capitolinis apud Pighium ſic notatur.

TI CLAVDIVS DRVSI F CAESAR AVGVSTVS C CAECINA LARGVS GERMANICVS II PRIDIE KAL MART ABDIC.

hoc eſt. Tiberius Claudius Druſi filius Auguſtus Germanicus ſecundo [ ſupple Conſul ] Pridie Kalendas Martias abdicavit: nempe Conſulatu conceſſit. Cajus Cæcina Largus ejusdem Collega fuit. Hic annus autem juxta Labbæi noſtri ſupputationem fuit Reparatæ Salutis, ſive, ut ajunt, Æræ Chriſtianæ, quadrageſimus ſecundus, quo anno, juxta Chronicon Proſperi Aquitani, S. Marcus Petri diſcipulus Alexandrinis Chriſtum nuntiavit, & Cycli, quem Paſchalem dixerunt, initium fuit. Cæcina vero, qui in Tabula Claudii Collega dicitur, & Largi cognomine notatur, in Faſtis Conſularibus Anonymi a Noriſio emendatis *Longus* inſcribitur.

2 TI CLAVDIO CAESARE AVG COS
L VITELLIO II

Tiberio Claudio Cæſare Auguſto Conſule, Lucio Vitellio ſecundum. Nota, quod apud veteres prænomen Titi ſola litera T ſignificabatur. Tiberii vero prænomen ſignificaturi adjungebant etiam literam I. ſic TI.

Hic Conſulatus tertius fuit Imperatoris Claudii, ſtatimque ab ſecundo nuper memorato, ac proinde U. C. DCCXCVI. & Reparatæ Salutis quadrageſimus tertius. In Faſtis Capitolinis ſic inſcribitur.

TI CLAVDIVS DRVSI F CAESAR AVGVSTVS L VITELLIVS P. F. II.
GERMANICVS III PRID KAL MART ABDIC
IN EIVS LOCVM FACTVS EST
EX KAL IVLIIS
C. VIBIVS CRISPVS III T STATILIVS T. F. T. N. TAVRVS

quæ

Digitized by Google

quæ omnia ſic expono. Tiberius Claudius Druſi filius Cæſar Auguſtus Germanicus Conſul tertium, & Lucius Vitellius Publii filius Conſul ſecundum fuit ejus Collega. Claudius autem pridie Kalendas Martias abdicavit. In ejus locum factus eſt. Ex Kalendis Juliis Cajus Vibius Criſpus tertium Conſul, & Titus Statilius Titi filius Titi Nepos Taurus. Inter prima Urbis Amphitheatra Amphitheatrum Statilii Tauri recenſitum nullus Antiquitatis indagator ignorat.

3 C. PONTIO COS. Cajo Pontio Conſule. De hoc nulla plane mentio neque in Faſtis Capitolinis apud Pighium, neque in Labbæanis, neque in Noriſianis, ut ut diligentiſſime inveſtigaverim, occurrit.

Verum ex Tacito Annal. 6. conſtat C. Pontium cum Cneo Acerronio Conſulatum iniiſſe ultimo Tiberii Cæſaris anno; ait namque: *Neque enim multo poſt ſupremi Tiberio Conſules Cn. Acerronius C. Pontius magiſtratum* occepere. Suetonius quoque in Tiberio Conſulatum C. Pontii memorat Tiberii ipſius morte inſignem ſic: *Sed & tempeſtatibus & ingraveſcente vi morbi retentus paullo poſt obiit* C. Tiberius *in villa Lucullana octavo & ſeptuageſimo ætatis anno, tertio & vigeſimo imperii 7. Kal. April. Cn. Acerronio Proculo C. Pontio Nigro Coſs.* Torrentius autem vocat Pontium Nigrinum ex Dione & vetuſtis inſcriptionibus.

4 M STATILIO TAVRO
L. QVINCTIO COS

Marco Statilio Tauro Lucio Quinctio ſecundum Conſule. Neque in Faſtis Capitolinis apud Pighium; neque in Idatianis apud Labbæum hi Conſules recenſentur. In Faſtis vero Anonymis, quos Henricus Cardinalis Noriſius emendavit, notantur Anno Urbis Conditæ DCCXCVII.

5 Q. VERANIO
A POMPEIO GALLO COS

Quinto Veranio Aulo Pompejo Gallo Conſulibus. Fuerunt hi Conſules anno Urbis Conditæ DCCC II. Reparatæ vero Salutis juxta Labbæi calculum quadrageſimo nono. In notandis autem his Conſulibus diſcrimen inter Faſtos Conſulares apparet. Siquidem Faſti Capitolini apud Pighium ſic eos notant. C. POM-

Digitized by Google

C. POMPEIVS LONGINVS GALLVS Q. VERANNIVS Q. F.
hoc eſt. Cajus Pompejus Longinus Gallus Quintus Veranius Quinti filius. Pompejum Caii prænomine vocant, cum in noſtra Tabula prænomen habeat *Aulus*. Deinde primo Pompejum poſtea Veranium, quem duobus N. N. deſcribunt, adjungunt. Noſtra vero Tabula primo Veranium, ſecundo Pompejum nominat. Faſti autem, quos Idatianos dixerunt, ex recenſione Labbæi noſtri ſic habent.

VERIANO ET GALLO.

In Faſtis vero Anonymis apud Noriſium habetur ferme ut in noſtra Tabula VERANIO ET GALLO.

7 C. ANTISTIVS VETVS
M. SVILLIO NERVILINO CoS

Cajus Antiſtius Vetus cum Marco Svillio Nervilino Conſules. Fuerunt hi Conſules anno ab Urbe Condita DCCCIII. In Faſtis Capitolinis ita notantur.

C. ANTISTIVS C. F. C. N. VETVS M. SVILLIVS RVFVS.

h. e. Cajus Antiſtius Caii filius Caii nepos Vetus & Marcus Suillius Rufus. Labbæus autem & Noriſius Suillium vocant non Rufum neque Nervilinum, ſed Nervillianum.

8 TI. CLAVDIO AVGVSTO
SER. CORNELIO ORPHITO CoS

Tiberio Claudio Auguſto Servio Cornelio Orphito Conſulibus. Horum Conſulatus in annum octingenteſimum quartum ab Urbe Condita incidit, & in Faſtis Capitolinis ita ſignatur.

TI CLAVDIVS DRVSI F CAESAR AVGVSTVS. GERMANICVS V.
SER CORNELIVS. SCIPIO ORPHITVS.

nempe. Tiberius Claudius Druſi filius Cæſar Auguſtus Germanicus quintum Conſul, & Servius Cornelius Scipio Orphitus ejus Collega fuit. Cæterum ſub hoc Claudii Conſulatu Thracia in Provinciam redacta eſt. Hieroſolymis autem Procuratore Judææ Cumano in ſeditione quadam concitata in exitu portarum ad triginta quatuor millia Judæorum miſerrime perierunt. His quoque Conſulibus præ Annonæ caritate agrorumque ſterilitate ingens ac univerſalis fames ingruit, quam Agabus Divinus Vates multo ante prædixerat, ut in

ſa-

Digitized by Google

ſacris litteris Act. Apoſt. c. 11. v. 28. habetur. Vide Chronic. Proſp. Aqu. p. 1.

8 DD. PRO. MAG. H-S ∞ ÐC explicamus. Decurionum decreto pro Magiſtratu ſeſtertium millia ſexcenta. Decuriones vero in Coloniis ſupremus fuere Magiſtratus, a quo decreta ſanciebantur veluti Romæ ab Senatu, ſive ab Conſulibus. Decuriones autem inde dicti ſunt, quod decimus quiſque militum legebatur ad deducendam Coloniam. Hinc eſt illud Tullii in oratione pro Sextio: *Recità quæſo Sexti, quid decreverint Capuæ Decuriones*. H-S ∞ ÐC interpretor: Seſtertium millies ſexcenties. Numerus millenarius apud Romanos his notis reperitur expreſſus. M. CIↃ ∞ Ū ut videre eſt apud Sertorium Urſatum Patavinum Equitem in libro, quem ſcripſit de notis Romanorum. Notæ autem illæ H-S ſeſtertios nummos ſignificant, quorum ſinguli quartam Julii partem æquabant: cumque duos aſſes cum ſemiſſe ſive dimidio complecterentur, his notis exprimi conſuevere H-S, ita ut H duos aſſes, S autem ſemiſſem, ſive dimidium indicarent. Plura de ſeſtertiis diſſeruit Budæus aliique; omniumque doctiſſime ac noviſſime Jacobus Facciolatus in ſuo Calepini dictionario mirum in modum aucto & purgato, ubi veterum Scriptorum exemplis probat ſeſtertium maſculini tantum generis uniuſque ſignificationis apud veteres uſurpatum, poetaſque nonniſi per licentiam, & figuram ſeſtertia neutro genere dixiſſe.

9 ATR. Atrienſis. Servus erat qui Atrii curam habebat. Erat autem Atrium prima in Antiquorum Ædibus pars porticibus quandoque ambientibus impluvium, quod proprie atrium erat. Nobis nunc: *il Cortile*, *la Corte*. Atrienſis vero *il Cortigiano*, *il Cameriere*. Inter lautiores Servos numeratur a Tullio. Dictus quoque eſt *Atrarius* a Vulpiano, et *Ab Atrio*. Atrienſium meminit Phædrus 1. lib. fab. 2. *Ex alticinctis unus Atrienſibus*, *Cui tunica ab humeris linteo Peluſio Erat diſtricta cirris dependentibus*.

10 PRO. MAG. H-S ∞ DC. Pro Magiſtratu ſeſtertium millia ſexcenta, ut ſupra num. 8.

11 SUBVIL. Subvillicus. In magna familia, qualis certe Cæſarum fuit, Vicarios Servorum præcipui habuere. Villicus itaque Subvilli-



Digitized by Google

cum habuit. Erat autem Villicus Villæ, hoc eſt, Domus Ruſticæ ſive ad ruſticandum in prædiis ſitæ Cuſtos, eoque anni tempore, quo in Urbe herus manebat, villæ, ejuſque deliciarum veluti dominus. Hinc Martialis:

*O Janitores villiciq; felices!*
*Dominis parantur iſta, ſerviunt vobis.*

Et Seneca lib. 5. controv. *Latiuſque nunc Villici quam Reges imperant.* Quin etiam Subvillici ipſi Villicorum ceteroquin Vicarii ſuos Vicarios habebant. Talis erat Subvillicus, de quo meminit antiquus lapis apud Pignorium his verbis.

HERMEROTI. VICARIO. SVO.
LVPERCVS. SVBVILLICVS.
HORTORVM. ANTONIANOR.
BENEMERENTI. FECIT.

12 TOP. Topiarius. Servus, qui in hortis ſive viridariis varias e buxo myrto chamædaphne adiantho acantho cupreſſu aliisve hujuſmodi lentis ductilibuſque arboribus rerum imagines exprimebat. Quod & nunc in Lautorum hortis paſſim fieri ſolet. De Topiario Cic. ad Q. F. l. 3. ep. 1. *Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, &c.*

13 ATR. Atrienſis ut ſup. n. 9.

14 POLIT. Politor. argenti, puta, æris vel veſtis. Translate Politor dictus eſt ſervus, cui agrorum excolendorum cura a domino tradita erat. Ulpian. l. 52. §. venit ff. pro ſocio. *Aut agrum Politori damus in commune quærendis fructibus.* Et Cato de Re Ruſtica c. 5.

Politio autem dicta eſt cultura Agri, quæ pactione certæ frugis pro mercede fiebat, ipſaque merces hujuſmodi Politori data. Cato ibid. c. 136. *Politionem quo pacto dari oporteat.* Talem Politorem fuiſſe Servum, qui in hac Tabula notatur, exiſtimamus.

15 AVG LIB. Auguſti Libertus. Inter Servos Libertos Libertinos & Ingenuos notiſſimum diſcrimen nemo non novit. Servi enim ii erant, quorum & rerum & vitæ quoque jus apud dominum ſive herum fuit, vel quod bello eos cepiſſet, vel quod nummis emiſſet, vel quod domi ſuæ ex ſervis nati eſſent, qui vernæ dicebantur. Servi

au-

Digitized by Google

autem nomen a ſervando derivatum ajunt, quod reliquis in bello occiſis, hi ſervarentur. Liberti erant ii ſervi, quos dominus libertate donaverat. Libertini erant Libertorum filii: Ingenui autem e Libertinis nati. Jam vero apud Romanos ſummo quandoque in pretio fuere Liberti. Sub Imperatoribus autem rerum omnium Præfecti, ut, cum innumeris aliis ex locis, tum ex hac Tabula, quam interpretamur, liquido conſtat. Si quis Libertorum & licentiam & petulantiam & apud Imperatores gratiam per ſummum abuſum partam non adeo noſſet, Svetonium adeat in Vitis Cæſarum & Dionem, ibique omnia ad Libertorum effrænatam libidinem ſuſque deque miſceri ac geri conſueviſſe infelici illa ætate comperiet. Cæterum Libertos a Libertinis diſcriminat Horatius his verſibus.

*Tu ne Syri Damæ aut Dioniſii filius audes*
*Deiicere è ſaxo cives aut tradere Cadmo?*
*At Novius collega gradu poſt me ſedet uno;*
*Namque eſt ille, pater quod erat meus. hoc tibi Paulus*
*Et Meſſala videris? &c.*

Servorum autem propria nomina Romana ferme numquam fuere, ſed vel a patria, ut *Syrus*, vel ab aliqua facultate qua præditi eſſent, ut *Dama Dromo* a veloci curſu, vel a parentibus, ut *Dionyſius*. Fuere autem Servorum nomina ſæpe numero Græca utpote qui ex Aſia quam plurimum provenirent. Domini vero quando illos libertate donabant, ſæpe etiam proprio nomine donabant, ut nunc Viri Principes Judæos ad Fidei veræ lavacrum venientes ſuo nomine ſæpe donant. Ridet Horatius Libertos iſtos,qni Patronorum nomine donati intumeſcebant. Ita .n. ſat.5.l.2.

*Ante larem guſtet venerabilior lare dives,*
*Qui quamvis periurus erit, ſine gente, cruentus*
*Sanguine fraterno, fugitivus, ne tamen illi*
*Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.*
*Ut ne tegam ſpurco Damæ latus? &c.*

Et poſt aliquot verſus.

*Quincte, puta, aut Publi (gaudent prænomine molles Auriculæ.)*
Ubi notandum obiter, quòd Comes exterior in via erat ille, ad cujus



Digitized by Google

dextrum latus alter ambulabat; qui proinde interior dicebatur: ex eo potiſſimum quod intra urbem digniorem locum in deambulando ille habere cenſeretur, qui vel medius inter duos, vel, ſi duo tantum ſimul ambularent, locum parietibus domorum, ſive aliorum ædificiorum proximiorem teneret, qui mos etiam hac ætate apud Venetos ſervari ſolet. Tegere autem latus idem eſt atque comitari aliquem & illi ad latus ire, locumque honoratiorem eidem in ambulando concedere.

Perſius quoque Saty. 5. Servos libertate donatos inſectatur, quod Patronorum ſibi prænomine adſcito omnia ſibi licere, ſeque omni obſequio ac fide dignos arbitrarentur. En verſus

*heu ſteriles veri, quibus una Quiritem*
*Vertigo facit! hic Dama eſt non treſſis agaſo*
*Vappa & lippus & in tenui farragine mendax.*
*Verterit hunc dominus; momento turbinis exit*
*Marcus Dama. papæ! Marco ſpondente recuſas*
*Credere tu nummos? Marco ſub judice palles?*
*Marcus dixit. ita eſt. aſſigna Marce tabellas.*
*Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant.*

Dicit autem Perſius, quod vulgo una vertigo faciebat Quiritem, hoc eſt de Servo ingenuum ac liberum tanquam Quirites, ſeu Cives Romanos efficiebat; alluditque ad Romanorum morem in Servis manumittendis: ſiquidem dominus percutiebat eos alapa, mox apprehenſa eorum dextera ipſos circumagebat, atque ita manumittebat. Tangebat quoque eorum caput virga, quam vindictam a Vindicio Valerii Poplicolæ e primis Romanorum Conſulibus Servo per illam manumiſſo nomen hauſiſſe, ſunt qui tradunt apud Livium l. 2. Dec. 1. Pileo autem donabantur ſervi manumiſſi, ſive liberti quod libertatis acceptæ inſigne fuit, quodque Servis geſtare interdictum.

16 A BIB. A Bibliotheca. Scimus Senecæ teſtimonio, Romanos inter alia publica extructa ædificia etiam Bibliothecas ingentes omnique librorum genere refertas habuiſſe, quamvis inter tot millia librorum oſcitantibus ſæpe numero voluminum ſuorum placerent frontes tantum & tituli. Servos itaque ex illis (de quibus Horatius ait l. 2. ep. 2. *Litterulis Græcis imbutus idoneus arti cuilibet*) Biblio-

the-

Digitized by Google

thecis præficiebant, quos *A Bibliotheca* appellabant. Veteres inſcriptiones fidem faciunt ap. Pignorium

C. IVLIVS. C. L. PHRONIMVS
A. BIBLIOTHECA GRAECA.
C. IVLIVS. FALYX. A. BIBLIOTHECA. GRAECA.
PALAT.
TI. CLAVDIVS. AVG. L. HYMENAEVS.
MEDICVS. A. BIBLIOTHECIS.
L. VIBIVS. AVG. SER. PAMPHILVS. SCRIBA.
LIB. ET. A. BIBLIOTHECA. LATINA. APOLLINIS.

17 AEDIT. VERNANI. Æedituus Vernani. Æedituus erat, cui ædium cura demandata erat. Idem ac janitor & cuſtos. Servabat præcipue in ædibus ſacris ac Templis, ut hic, de quo Tabula, in æde Dei Vernani. Inde dictus eſt æditaus quaſi ædem tuens. Priſci latini æditimum dixere non æditaum, ut eſt ap. Varronem. De æditais Plin. l. 32. c. 2. *Hierapoli Syriæ in lacu Veneris ædituorum vocibus parent vocati*. Hanc vocem translate uſurpavit Horatius Virtutis Cuſtodes ſive præcones ſive laudatores æditaos appellans l. 2. ep. 1.

*Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, quales*
*Æditaos habeat belli ſpectata domique*
*Virtus, indignis non committenda poetæ.*

De Vernano autem, de quo in Tabula fit mentio, nulla apud Veteres Scriptores diligentiſſime inveſtiganti occurrit vel fabula, vel hiſtoria. Num Deus Veris fuit? Num (quod vero propius videtur accedere) Servorum Deus, quos domi natos Vernas vocabant, unde & nomen Vernani deſumſerit?

18 PRINCEPS ∴ ABELLA. Princeps Tabellariorum. Epiſtolarum ultro citroque portitores Tabellarios dixerunt Veteres ex eo, quod epiſtolas in tabulis ſive tabellis cera obductis ſcriberent. Si quidem incidebant litterarum notas ceræ graphijs ſive ſtylis ferreis, vel æreis. In muſæis paſſim hujuſmodi Veterum Scriptorii graphii cernuntur. Tabellæ quoque, in quibus cera oblitis ſcribebant, extant adhuc tum alibi, tum præcipue in Bibliothecis Vaticana Romæ, & Medicea Florentiæ, quas ego vidi. De Tabellis his ligneis cera oblitis ad

Digitized by Google

adſcribendum elegantiſſime, & apertiſſime Propertius Elegia 21 lib. 3.

*Ergo tam doctæ nobis periere tabellæ,*
*Scripta quibus pariter tot periere bona?*

& paulò poſt.

*Non illas fixum caras effecerat aurum,*
*Vulgari buxo ſordida cera fuit*

mox inferius.

*Me miſerum his aliquis rationem ſcribit avari,*
*Et ponit duras inter Ephemeridas.*
*Quas ſi quis mihi rettulerit, donabitur auro.*
*Quis pro divitiis ligna retenta velit?*

Hinc modi illi dicendi. *In ima cera, in prima*, ſive *prima cera*, hoc eſt, *ad calcem, ſub finem ſub initium* epiſtolæ ſive alterius Scripturæ. Horat. Satyr. 5. l. 2.

*Qui teſtamentum tradet tibi cumque legendum,*
*Abnuere & tabulas a te removere memento:*
*Sic tamen ut limis rapias quid prima ſecundo*
*Cera velit verſu: ſolus multiſne cohæres:*
*Veloci percurre oculo.*

Tabellas hujuſmodi pugillares quoque dixerunt, fiebantque ex ebore aliquando aliave pretioſiore materia. Princeps autem Tabellariorum idem fuit ac quem nunc vulgo dicimus *Maeſtro delle Poſte*.

19 DEC TAN. Decies tantum.

20 AEDITVS FORTVNARVM. Æditus pro Edituus. Vide de hac voce, quæ diximus num. 17. Hunc autem ædituum fuiſſe Fortunarum Antiatum, quod Antii hæc Tabula effoſſa fuerit, non immerito putamus. Fuit autem Antii Fortunarum ſive Fortunæ celebratiſſimum Templum. Horatius Od. 35. l. 1.

*O Diva gratum quæ regis Antium*

Poſſet etiam quis Ædituum Fortunarum interpretari Cuſtodem Sacelli Cæſarei ſive intimi illius conclavis, in quo apud Imperatores imagines utriuſque Fortunæ Proſperæ ſcilicet & Adverſæ ſervabantur, de quibus fuſe ſcripſimus in libro de Antiatibus, cum de Templo Fortunarum Antiatum ageremus.

21

Digitized by Google

21 CAMP. Campidoctor. Hujus munus fuit tirones in Campo exercere, eoſque armorum uſum edocere. De his meminit Lampridius in Alexand. c. 53. *Campidoctores vos docuerunt.* meminit & Gruterus duplicem inſcriptionem afferens in theſauro inſcript. f. 80. n. 2. & f. 565. n. 5. primæ edition.

22 TEC. Tector. Fuit inter Servos artifices. hujus opus erat parietes cruſta quadam, quæ Parii marmoris inſtar eſſet, conveſtire. De illo meminit Varro l. 3. de Re ruſtic. c. 2. *quam nec Pictor, nec Tector vidit unquam.* In ruderibus vetuſtorum ædificiorum alicubi adhuc ſuperſunt hujuſmodi tecturæ veſtigia. Erat autem cruſta calcis marmoriſve contuſi, quæ parietibus ſuperinducebatur. *Tectorium opus* etiam appellata eſt. Hinc ap. Cic. de Leg. l. 2. c. 26. *Tectorio opere exornari.* & ap. Plautum in Mil. act. 1. ſc. p. v. 18. *Tectorius peniculus*, h. e. penicillus, quo tector parietes dealbat. Tectores quoque dicti ſunt ii ſervi, qui in aquæductuum ædificatione Caſtella & opus arcuatum tegebant ap. Pignor. de Serv. Hujuſmodi autem Tectorem in Tabula deſignari veriſimile eſt; ſiquidem Antii ad Balnea ad Thermas ad alias aquarum delicias quamplurimos aquæductus antiquitus fuiſſe conſtat.

23 SPEC. Speculator. Militare munus gerebat procul è ſpecula, unde nomen deſumſit, quæ fierent ab hoſtibus explorans & nuncians. Peculiare quoque nomen alterius muneris fuit in exercitu, militis nempe, qui litteras ac mandata Imperatoris ſecreto perferret. De hoc Svet. in Calig. c. 44. *Magnificas Romam litteras miſit, monitis ſpeculatoribus ut vehiculo ad forum uſque pertenderent.* Putarunt aliqui hoc nomine appellatos etiam milites, qui Principis corpus cuſtodirent. Verum ii *Spiculatores* a ſpiculo, quod deferebant, non vero *Speculatores* a ſpeculando dicti ſunt. ſicque legenda ſunt Taciti loca, in quibus cuſtodes corporis Speculatores appellare videtur.

24 AVG. L. EX DD H-S ∞ DC. Auguſti Libertus. Ex Decurionum decreto ſeſtertium millia ſexcenta. Quæ omnia ſuperioribus numeris explicata ſunt.

25 EX DD ALLEC H-S ∞ ATR. Ex Decurionum decreto allectus ſeſtertiis mille Atrienſis.



Digitized by Google

26 VER CAP A BIB. Verus Capito a Bibliotheca. Ita potius interpretor quam *Verna Captivus*. Quis enim ſanus opprobria ſua a Cæſariano Servo lapidibus inſculpi juſſa putaverit?

27 HILARIAN A SVPEL. Hilarianus a ſupellectili. Idem, quod nobis dicitur. *Guardarobba*. De hoc extant inſcriptiones duæ Romæ, quas affert Pignorius. En illas NESTOR

C. CAESARIS SER

GERMANICIANVS

A SVPELECTI. VIX. A. XI.

& EVMOLPVS CAESARIS

A SVPPELLECTILE

In quibus diverſa ratio ſcribendi hoc vocabulum *Supellex* notanda eſt. In prima namque inſcriptione una tantum littera P. & L. ſcribitur ſic: *Supelecti.* in altera vero utraque littera geminata ſic: *A Suppellectile.* Quod adnotaſſe ad Priſcianorum refellendas aliquando cenſuras fortaſſe non erit inutile.

28 TEC EVPORIAN. Tector Euporianus. De Tectore diximus num. 22.

29 EX DD H-S ∞∞. Ex decreto Decurionum ſeſtertium duo millia.

30 APID. De Serapide aliquid hoc loco memoratum ut credam, id facit, quod quatuor illæ truncæ litteræ perdifficile alteri vocabulo accommodari eo ordine videantur.

31 PAVIMEN. Inter Servos artifices. Pavimentarius, qui pavimenta vel cocto latere vel marmoribus ſterneret, opere præſertim quod & muſivum & teſſellatum dixere, ex minutiſſimis ſcilicet variorum marmorum particulis compacto; quæ in unum coaptatæ quamlibet figuram vel imaginem repræſentarent: pulcherrimum omnium antiquorum eſt pavimentum antiqui Templi Fortunæ Primigeniæ a L. Sulla Dictatore Præneſte conditi. Ejus pars maxima ad hanc uſque diem Præneſte videtur. Ejuſdemque imago in æs inciſa viſitur apud Barberinos. Quid ſibi velint rerum imagines in eo pavimento deſcriptæ, & compactæ, alii aliter ſunt interpretati. Nos quoque cum in Veteris Latii hiſtoria, quam perſequimur, ad Præne-

ſti-

Digitized by Google

ſtinos devenerimus, calculum noſtrum ea ſuper re, Deo dante, feremus. Nota, quod hujus vocabuli *Pavimentarius* nullum apud Scriptores hactenus reperimus exemplum, cum tamen in hac tabula ſic legendum, vix dubium eſſe poſſit.

32 SPHAER. Sphæriſticus vel Sphæriſta: Inter Ludiones numerabatur hic ſervus ita appellatus a Sphæra ſive orbiculo, ſive pila, cujus luſui præerat, cujusque ludo potiſſimum exercebatur aliosque ad bene ludendum informabat. Sidonius l. 2. ep. 9. *Ecce huc Sphæriſtarum contraſtantium paria*. Quod autem Sphæræ ludus idem fuerit ac pilæ, habes ap. Cæl. Aurelian. Hinc *Sphæriſterium* Plinio eſt locus, ubi pila ludebatur. Erant enim apud antiquos in balineis præcipue loca ſive cubicula oblonga ingentia clauſa undique, qua pila luderent, ut nunc quoque hujusmodi extant loca, quæ vocamus *la Racchetta, la Palla a Corda*. De Pilæ Ludo Horat. Sat. 5. l. 1.

*Luſum it Mæcenas; dormitum ego Virgiliusque;*
*Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.*

& Satyr. 2. l. 2. *Seu pila velox*.

*Molliter auſterum ſtudio fallente laborem,*
*Seu te diſcus agit, pete cedentem aera diſco*.

33 ATREN. Atrenſis idem ac Atrienſis, de quo ſup. num. 9.

34 AVG. L. PICTOR. Auguſti Libertus pictor. Inter lautos Servorum numerabantur pictores, multaque ſumma vendebantur pariter, & emi ſolebant, qui præcipue in pictura inſignes eſſent. Juvenal. ſat. 9.

*Sit mihi præterea curvus Cælator & alter,*
*Qui multas facies pingat cito &c.*

Inter inſignes Pictores Libertus fuit Neronis, qui Antii Neronianas porticus pictura undique conveſtivit imaginibus Gladiatorum in omnes corporis geſtus conatusve colludentium ad vivum expreſſis, ut in Antiatum hiſtoria memoravi.

35 AVG L. IVSCVL. Auguſti Libertus Juſcularius ſive Juſculentarius. Inter culinæ famulitia. Erat autem, qui juſculum domino componeret ſimul & apponeret. Juſculum autem nobis *Brodetto*, & *Brodo* ſatis notum eſt, quid ſit. Hoc quidem animadvertendum, quod hujusmodi Miniſterio præpoſitus Servus, nuſquam, quod quidem


Digitized by Google

dem ego ſciam, præterquam in hac Tabula legatur apud Auctores. Ceterum hîc ita legendum eſſe, notæ illæ ſatis indicare videntur. Quid enim aliud ſibi velint? Libenter audiam. Si cui autem mirum atque incredibile videretur, ſervum, immo libertum juſculo parando atque apponendo ſingulariter præpoſitum & deſtinatum fuiſſe, is profecto, quæ quantaque fuerit in antiquorum, Cæſarum præcipue, victu luxuries & gula, ignorare fateretur, ac proinde ad veteres ſcriptores, poetas præſertim legendos, ut erudiretur, ablegandus eſſet. Juri præcipue non dicundo ſed faciendo multam operam collocaſſe guloſos Veteres vel ex ſolo Horatio notare licet. Is ſat. 4. l. 2. ex perſona Catii cujusdam de Jure ſic diſſerit.

*Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere Juris*
*Naturam. Simplex è dulci conſtat olivo:*
*Quod pingui miſcere mero muriaque decebit,*
*Non alia quam qua Bizantia putruit orca.*
*Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis*
*Corycioque croco ſparſum ſtetit; inſuper addes*
*Preſſa Venafranæ quod bacca remiſit olivæ.*

36 TEGUL. Tegularius. Cui conficiendi ſarciendique tecti cura, tegulisque ædificia cooperiendi. Hujus quoque vocis apud ſcriptores exemplum nullum.

37 LI AN DISPENS. Libertus Antonii ſive Antonini ſeu Antii, ſeu tandem Annonæ Diſpenſator. Fuit autem apud Latinos Diſpenſator idem qui apud Græcos οἰκονόμος *œconomus* nobis *Il Maeſtro di Caſa*. Horum munus fuit olim æs ſive nummos expendere non numerare, atque inde ex *pendendo ſeu penſando* Diſpenſatorum nomen hauſere. Horum meminere tres apud Pignorium inſcriptiones in hæc verba.

SIGNVM
HERCVLIS
DORVS LARG
DISP. QVI ANTE VILLICVS
HVIVS LOCI
D. D.

item

Digitized by Google

item EPAPHRAE DISP.
T. ARIANI .
ANESIS FILIA VIRGO
VIXIT A. XVII.

& DIS MANIBVS
ONESIMI CAEPIONIS
HISPONIS DISP
TI CAEPIO HIERONYMVS
ET SIBI ET SVIS.

38 AN SVBVIL. Antonii ſive Antonini ſive Antii Subvillicus. De Subvillico egimus num. 11.

39 M. MEDIC. Marci medicus. De Servis Medicis in Sacris Literis fit mentio. Gen. cap. 30. de Joſepho Jacobi parentis corpus ac funus ſupremis officiis proſequente legimus *Præcepitque Servis ſuis Medicis ut aromatibus condirent patrem*. Quod autem inter Servos etiam apud Romanos medici quoque computarentur, præter alia multa auctorum atque inſcriptionum teſtimonia, vel ex unico Pauli Oroſii l. 7. c. 3. hiſtor. liquido conſtat. *Servorum quoque maximas copias, exceptis Medicis & Præceptoribus trudi Urbe præcepe-rit*. Ex iis autem alii fuere Ocularii ſive *Ab oculis*. Vetus inſcriptio

P. ATTIVS ATIMETVS AVG MEDICVS
AB OCVL.

& altera TI LIRIVS TI CAESARIS
AVG SER CELADIANVS
MEDICVS OCVLARIVS
PIVS PARENTIVM SVORVM

Alii vero Chirurgi, quos vulnerum medicos appellat Plinius. De horum uno meminit inſcriptio ap. Pignor.

CHRESTAE CONSERVÆ ET CONIVGI
CELADVS ANTINOVS DRVSI
MEDICVS CHIRVRG.



Digitized by Google

Alii Clinici ἀπὸ τῆς κλινῆς *a lecto*; quod lectos ægrorum circumirent. Ex his unum ridet Martialis l. 1. 47.

*Nuper erat medicus nunc eſt veſpillo Diaulus.*
*Cœpit quo poterat Clinicus eſſe modo.*
vel *Quod veſpillo facit fecerat & medicus.*

utroque enim modo in variis exemplaribus legitur hoc epigramma, ita ut tamen ſententia in idem ferme recidat. Porro in Auguſtorum familia grex Medicorum Principem habuit, quem & Principem Medicorum Cæſarianorum & Græco vocabulo idem ſonante, *Archiatrum* vel denique Medicis ſuperpoſitum inſcriptiones antiquæ nominant. Hujusmodi fuiſſe, Antonium Muſam Auguſti medicum crediderim. De illo Horatius l. 1. ep. 15.

*nam mihi Bajas*
*Muſa ſupervacuas Antonius, & tamen illis*
*Me facit inviſum gelida cum perluor unda*
*Per medium frigus.*

De hoc Suetonius in Octavio cap. 59. *Medico Antonio Muſæ, cujus opera convaluerat* (Auguſtus) *Statuam ære collato juxta ſignum Æſculapii* (Patres Conſcripti) *ſtatuerunt.*

Tandem etiam de fœminis medicis meminit vetus inſcriptio

SECVNDA
LIVILLAES
MEDICA

40 POR ILIC. Portandis Ilicibus. Hîc enimvero, ſi uſquam alibi, me conciſarum literarum ſententiam aſſecutum eſſe in illis interpretandis aſſeverare non auſim. Conjecturam itaque tantum ſequor ex eo quod notæ illæ vix aliam ſententiam, quæ ad rem ſit, conficere poſſe videantur. Quomodo autem ad rem eſſe poſſit interpretatio noſtra, paucis accipe quisquis hæc legeris. *Portandis* igitur *ilicibus præfectus* ſive *præpoſitus* iis notis fortaſſe deſcribebatur, quia non ſolum ſervos arboribus portandis deſtinatos in locis præcipue maritimis ſæpe legimus apud Veteres, ſed & Collegia Dendrophororum, hoc eſt, arbores portantium in urbibus ad mare ſitis, quæque portu munirenren-

Digitized by Google

rentur, fuiſſe ex inſcriptionibus liquido apparet. Quid mirum itaque ſi Antii, in urbe olim opulentiſſima portu firmiſſimo aucta atque ad navium commercia maxime opportuna inter innumeros Cæſarianorum ſervorum ſeu Libertorum greges ac titulos etiam ſervus portandis ilicibus, ad naves ſcilicet conſtruendas præpoſitus fuiſſe legatur? Collegii Dendrophororum meminit vetus inſcriptio ap. Fabrett.c.10. p. 722.

T IVLIO EVTICHETI PATRON:
ET RECTORI COLLEG DEND: SING

Et poſt alia, quæ brevitatis gratia omittimus, ſubdit:

COLLEGIVM DENDROFR POSVERVNT. &c.

Item altera inſcriptio apud eumdem Fabrettum eodem cap. 10. p. 731. Dendrophororum Collegium Scaphariis aliiſque hujusmodi operis adjungit. De Dendrophoris tandem vide Legem primam Codicis Theodoſiani. De Centen. & Dendroph.

41 A CORIN. A Corinthiis. Ita vocati ſunt Servi Cuſtodes argenteæ, aureæ, æneæve, vel ex his omnibus conflatæ ſupellectilis, vaſorum nempe in omnem uſum atque ornatum fuſorum, quæ abſque addito *Corinthia* dicta ſunt. Tradunt autem quidam, Corintho Aſiæ urbe opulentiſſima expugnata, quæcumque in ea ex auro, argento, ære, aliove metallo conflata in unam veluti maſſam ab incendio redacta, ex qua deinde æs illud, quod *Corinthium*, appellant, compoſitum fuiſſe. Ceterum negant alii, æs Corinthium metallorum quam diximus, mixturam fuiſſe, illudque ſimplex quidem, ſed Corinthiorum proprium metallum, ex quo innumera ſigna & vaſa in eorum urbe conflata erant, quæ in omnem ferme terrarum angulum apud viros tamen principes, nobileſque aſportata ſint, fuiſſe contendunt. *Tria autem ſunt genera*, inquit Plinius l. 34. c. 2. *Corinthii æris: candidum, quod nitore accedit proxime argento. Alterum, in quo auri fulvus color inſpicitur. Tertium, in quo æqualis temperies metallorum fuit.* De Servo *A Corinthiis* ſive Corinthiis vaſis Præpoſito meminit vetus inſcriptio Romæ.

TI LAIVS PARATVS A CORINTHIS

Iidem ſervi dicti quoque ſunt Corinthiarii. Teſtis antiquus lapis Romæ pariter erutus in hæc verba CAL-

Digitized by Google

CALLITYCHAE ZOILI CORINTHIAR AGRIPP.

Hoc nomine notatus fuit aliquando Auguſtus, eo quod Corinthiorum amans mirum in modum fuerit. Cum enim exiſtimaretur quosdam propter vaſa Corinthia ab ipſo proſcriptos, proſcriptionis tempore ad ſtatuam ejus adſcriptum eſt *Pater Argentarius*. *Ego Corinthiarius*. Sueton. in Aug. c. 70.

42 MED. Medicus. De hoc vide num. 39.

43 FAVON THER. Favonius Thermarius. Is ſcilicet qui thermis ſive balneis calidis præerat. Idem ac Balneator & Procurator Balnei. De hoc Servo ſic vetus lapis Romæ

DIIS. MANIBVS. S
TITO. FLAVIO. OLENO.
SERVO. ET. PROCVRAT
BALNEI. T. FLAVI AVG. &c.

44 PEDISQ. Pediſequus. Servus poſt dominum ambulans dominum ſubſequens ſive ejus pedes ſubſequens, ut *Anteambulo* is, qui dominum præcedebat, dicebatur. Liberorum & Togatorum hoc munus aliquando fuiſſe notat Pignorius in Com. de Servis.

Dum hæc ederentur, detectum eſt juxta Viam Appiam primum inter & ſecundum ab Urbe lapidem ſepulchrum Libertorum Liviæ Druſillæ Auguſti conjugis, in quo optimo ſane ordine collocatas atque diſpoſitas legere erat quamplurimas inſcriptiones ſupra loculos unamquamque ſuos, in quibus ollæ erant atque urnæ cinerariæ. Ibi ſervorum ac libertorum libertarumque miniſteria miniſteriorumque nomina nonnulla ad hanc diem penitus ignota legebantur, in quæ immenſi illi ſervorum greges erant diſpoſiti. Dignum ſane fuerat monumentum, quod in antiquæ Majeſtatis memoriam diligenter illæſum ſervaretur. Verum *quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames*? Dum defoſſos aliquis theſauros ſe eo loci detecturum ſperat, omnia diruuntur confringuntur delentur, inſcriptiones omni eruditione refertæ pereunt. Solertiæ tamen Alexandri Albani Cardinalis Ampliſſimi debemus, quod earum inſcriptionum multæ e cæterarum miſerabili naufragio ſervatæ fuerint: quarum notas una cum totius detecti ſepulchri deſcriptione libentiſſime huc attexerem, ſi per tempus liceret. *Ve-*

Digitized by Google

*Verum hæc ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis*
*Prætereo, atque aliis poſt commemoranda relinquo.*

Et hæc quidem, quantum ad primam hujus vetuſtæ Tabulæ partem ejusdemque interpretationem attinet, innuiſſe ſufficiat. Nunc ad alterius interpretationem accedo.

## *Verborum in ſecunda Tabulæ parte conciſe inſcriptorum interpretatio.*

### CAPUT QUARTUM.

Litteræ Ad ſingulos menſium dies diſpoſitæ ſic legendæ.

1 A. Prima dies octidui
B Secunda dies
C Tertia dies
D Quarta dies
E Quinta dies
F Sexta dies
G Septima dies
H Octava dies, & ſic rurſus. Prima &c.

2 Aliæ vero ſic

KIVL K. AVG K SEP & deinceps, cum aliis. Kalendæ ſive Kalendis Julii, ſive Juliis, Kalendis Auguſti, ſive Auguſtis, Kalendis Septembris, ſive Septembribus &c.

VI. Sexto Nonas
V. Quinto Nonas
IV. Quarto Nonas
III. Tertio Nonas
PRID. Pridie Nonas
NON. Nonæ ſive Nonis
EID. Eidus ſive Eidibus, ſive Idibus &c.

3 N. Nefaſtus
N Nefaſtus

N Ne-

Digitized by Google

N Nefaſtus

NP Nefaſtus Primo

NP Nefaſtus Primo

C. Comitialis

C Comitialis

F Faſtus

F Faſtus.

4 FELICIT IN CAP. Felicitati in Capitolio.

5 CIS AVGVST. CONSTITVIT. Templum vel Feſtum, vel Fœdus Pacis Auguſtus conſtituit.

6 COMM H-S CCCXXC. Commeatus (hoc eſt, Annonæ) ſeſtertium trecenties octuagies; vel Commiſſi (ſc. Ludi) ſeſtertiis trecentis octoginta.

7 DIVI IVL NATALIS Divi Julii (nempe Cæſaris) Natalis dies

8 MERCATVS DIES V. Mercatus, (hoc eſt nundinarum) dies quinque.

9 DIES ALL ATR. Dies Allienſis atra

10 TI CLAV. Tiberii Claudii

11 SPEI. AVG ALEXAND. RECEPIT. Auguſtus Alexandriam recepit.

12 DIVVS IVL HISP VIC. Divus Julius Hiſpanos vicit.

13 SALVTI IN COLLE

14 DIVVS IVL PHARS. VICIT Divus Julius Pharſaliam vicit.

15 FERIAE CERERI ET OPI AVG Feriæ Cereri. & Opi Auguſtæ.

16 DIANAE IN AVENT. Dianæ in Aventino.

17 AVGVST TRIVMP. Auguſtus triumphavit.

18 POR NP FER PORTVN. Portunalia. Nefaſtus primo. Feriæ Portuni.

19 AEDIS. DIVI IVL. DED. Ædis Divi Julii Dedicatio.

20 VIN F AVGVSTVS EXCESS. Vinalia.

Fa-

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| | Faſtus. | Auguſtus exceſſit. |
| 21 | INFER. L. CAESARIS. | Inferiæ Lucii Cæſaris. |
| 22 | FERIAE IOVI | |
| 23 | COMM | Commeatus ſeſtertium. |
| | DCCLX | Septingenties ſexagies, vel commiſſi ut ſup. num. 6. |
| 24 | INFER DI | Inferiæ Divi &c. |
| 25 | IN CIR<br>IN CIRC | In Circo. |
| 26 | H-S X | Seſtertium decies |
| 27 | AVG<br>AED APOLL<br>DEDICAVIT | Auguſtus<br>ædem Apollinis<br>dedicavit. |
| 28 | INFER GER<br>MANIC | Inferiæ<br>Germanici. |
| 29 | VERN. DIES FE<br>ST | Vernani dies<br>Feſtus |
| 30 | DIVVS AVG TOG.<br>RILEM SVM | Divus Auguſtus togam<br>Virilem ſumſit. |
| 31 | A K NOV F. | A. ſive, Prima dies Octidui. K. Kalendis Novembris. F. Faſtus |
| 32 | LVD PLEB COM H-S<br>DC. | Ludi Plebeii. Commiſſi<br>Seſtertiis ſexcentis. |
| 33 | AGRIPP. IVL NAT. | Agrippinæ Juliæ natalis. |
| 34 | EPVLVM INDICITVR | |
| 35 | EQVOR PROB. | Equorum probatio. |
| 36 | L. AVG NA<br>TAL | Liviæ Auguſtæ<br>natalis. |
| 37 | SOL IN SA<br>GITT | Sol in Sagittario |
| 38 | CON. | Congiarium. |

In hujuſmodi autem vocibus explicandis me quamminimum a vero aberraſſe mihi blandiar. Ceterum rem totam doctiorum judicio diſquirendam permitto.



Digitized by Google

# *In ſecundæ Partis Tabulæ interpretationem Notæ.*

## CAPUT QUINTUM.

Kalendarium ſive Calendarium (utraque enim litera ſcriptum invenitur apud Antiquos) Tabula fuit, in qua negotiatores dati acceptique rationes, nummorumque in fœnore poſitorum ſummam in menſes ſingulos deſcribebant. Nomenque a Kalendis, quo vocabulo prima cujusque menſis dies appellabatur, deſumſit. In eo deinceps dies ſinguli notati ſunt, in quibus aliquid profanum ſacrumve ad populum pertineret; puta Comitia, Sacrificia, Ludi, Congiaria, aliaque hujusmodi. Hinc non omne Kalendarium iisdem ſive feſtis ſive ludis, ſive Comitiis, aut Comitialibus diebus notabatur, ſed unumquodque, prout Civitas, municipium, vel Colonia agi, ſeu celebrari decreviſſet. Siquidem habuit unaquæque Urbs peculiares ſuos faſtos. Latinæ præcipue: quod inter cætera, Ovidii teſtimonio ſatis liquet. Faſt. l.6. ſub initium.

*Inſpice quos habeat nemoralis Aricia Faſtos*
*Et populus Laurens Lanuviumque meum.*
*Eſt illic menſis Junonius; inſpice Tibur*
*Et Præneſtinæ mænia ſacra Deæ.*

Kalendarium, quod præſens Tabula exhibet, dimidiam tantum anni partem ſex nempe poſteriores menſes deſcribit; quamquam integrum omnino fuiſſe, & injuria temporum dimidium periiſſe nullus dubito. In eo autem ea deſcribuntur, quæ Antii celebrarentur; quamquam Antii quoque multa fierent, quæ Romæ edebantur. Hoc ut aſſeram id facit, quod in hoc Kalendario dies aliquot notentur ut in aliis antiquis Kalendariis Romæ repertis notantur; quamplurimi autem dies aliter atque in aliis Kalendariis Romanis deſignentur: ex eo nempe,quod aliqua quidem & Feſta & facta & publica munera iisdem omnino diebus, quibus Romæ, etiam Antii fierent; multa vero peculiari

liari Antiatum ritu aliis diebus celebrarentur.

I A

B

C &c. Hæ litteræ apponi ſolebant in Calendario ad octiduum deſignandum uti in noſtris Calendariis ſolet apponi littera ſeu ſeries litterarum, quas *Dominicales* dixerunt, ad dignoſcendum ſcilicet, qua menſis die, *Dominica*, quam appellant, dies futura ſit. Notandum autem, quod in noſtris quidem Calendariis ſeptem tantum litteræ continuentur, ſcilicet ab *A*, uſque ad *G*; in antiquis autem, quale eſt hoc in Tabula deſcriptum, octo numerantur: nempe ab *A* uſque ad *H*. In noſtris Calendariis Hebdomas, in antiquis vero octiduum deſignantur. Hæ litteræ, ut in Tabula apparent, extant & in aliis Kalendariis Veterum, ſcilicet in Kalendario ad Agrippinam in ædibus Maffeorum, in Kalendario Petri Ciaconii per Benedictum Arias Montanum evulgato, in Kalendario apud Farneſios a Fulvio Urſino notis illuſtrato, & in aliis antiquis fere omnibus.

His litteris dies lunares ſive novilunia ab antiquis deſignari conſueviſſe putat vir illuſtriſſimus pariter & eruditiſſimus Franciſcus Blanchinus in ſuis de Calendario & Cyclo Cæſaris diſſertationibus, eaſdemque litteras albatas, ruſſatas, praſinas, & venetas fuiſſe ſuſpicatur, ſcilicet ut ex vario colore, quo pingerentur diſtingui poſſent ad lunarium dierum deſumenda principia, quod vir idem clariſſimus ſatis docto calculo oſtendit. Ego vero de hoc meo Calendario id aſſeverare non auſim, cum in illo veſtigium nullum hujuſmodi picturæ appareat. Immo vero neque in illorum ullo, quæ quidem ego viderim, cum tamen ruinis ipſis, ſitu, vetuſtate, caſibusque omnibus fruſtra repugnantibus in dies paſſim picturæ antiquiſſimæ detegantur vivis adeo intactisque coloribus ut recens omnino pictæ videantur. Quid quod Veteres hos colores marmoreis ipſis litteris muſivo ſeu teſſellato, ut vocant, opere expreſſiſſent, ut in aliis inſcriptionibus non raro occurrit ad operis perennitatem, cui maxime ſtuduerunt. Poterant enim, album puta, è Lunenſi marmore, rubrum ex purpureo ſive porphyretico compingere &c.

2 K IVL. K AVG. &c. Kalendis Juliis, Kalendis Auguſtis &c.



Digitized by Google

Dierum ſupputatione per Kalendas, Nonas, atque Idus apud Antiquos nil magis notum. Kalendæ autem dictæ ſunt a *Kalando*, quod eſt vocare. Siquidem vocabant prima cujusque menſis die populum ad habenda Comitia, quæ exinde *Kalata* dicebantur.

3 N N &c. Nefaſtus nefaſtus &c. Quinam apud Romanos faſti fuerint dies, quive nefaſti, quique Comitiales eleganiſſime notavit Ovidius primo Faſtor. qui etiam dies nefaſtos primo & deinde faſtos explicavit his verſibus.

*Ne tamen ignores variorum jura dierum.*
*Non habet officii Lucifer omnis idem.*
*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,*
*Faſtus erit, per quem lege licebit agi.*
*Neu toto perſtare die ſua jura putaris.*
*Qui jam faſtus erit, mane nefaſtus erat.*
*Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari,*
*Verbaque honoratus libera Prætor habet.*
*Eſt quoque, quo populum jus eſt includere ſeptis,*
*Eſt quoque, qui nono ſemper ab orbe redit.*

Tria autem verba, quæ nefaſtis diebus ſilebantur juxta Ovidium hæc ſunt *Do*, *Dico*, *Addico*, per quæ Prætores ſententiam ferre conſueverant. De his igitur ſatis: cum notiſſima ſint omnibus paulo eruditioribus. Uſurpabo itaque ego quoque illud Ovidii

*Hæc mihi dicta ſemel totis hærentia faſtis,*
*Ne ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt.*

4 FELICIT IN CAP. Felicitati in Capitolio. Felicitatem tanquam Deam venerati ſunt Antiqui, eique colendæ aras Romani conſtituerunt in Capitolio. Illi dies feſtus in hoc Kalendario Kalendæ Juliæ tribuuntur. Ab hac Dea proſperos rerum eventus ſe impetraturos putarunt Veteres. Vide S. Aug. l. 4. de Civ. Dei.

5 CIS AVGVST

CONSTITVIT. Interpretamur: Templum ſive Feſtum ſive fœdus Pacis Auguſtus conſtituit. Verum de hoc nihil ultra: cum interpretatio noſtra admodum dubia ſit, & imbecilla, nec ex aliis Kalendariis aliquid ei lucis afferri poſſit. Ceterum, ſi de Pacis Templo

vel

Digitized by Google

vel Feſto, vel fœdere ſermo eſſet, illud adderem ex Sueton. in Octav. *Janum Quirinum ſemel atque iterum a Condita Urbe memoriam ante ſuam clauſum in multo breviore temporis ſpatio terra marique Pace parta ter cluſit* (Auguſtus).

6 LVDI APOLLINI

COMM H-S CCCXXC. Commeatus ſeſtertium trecenties octuagies. Ludi Apollini pridie nonas Julias etiam in Kalendario ad Agrippinam in ædibus Maffeorum notantur. De Ludis Apollinaribus, qui Antii fiebant, multa diximus in hiſtoria de Antiatibus Cap. de ludis. Commeatus quidem fuit etiam facultas, quam Imperator ab exercitu ad tempus diſcedendi militi dabat. Ceterum hic annonam ſignificat, quæ publice populo dabatur juxta ſeſtertium ſummam, quæ notatur diebus in Kalendario deſignatis.

Si autem conciſas illas notas COMM interpretari malis — *Commiſſi* nempe Ludi Apollini (quod Docto viro placuit) in ſeſtertiis adjunctis pretium habebis, quoconſtiterunt hi Ludi. *Committi* autem de Ludis optime dici conſuevit. Virg. 5. Eneid. *Et tuba commiſſos medio canit aggere Ludos.* & Cic. Ad Q. Fr. l. 3. ep. 20. *Hæc ſcripſi Ad VIII. Kal. Nov. quo die Ludi committebantur.*

7 DIVI IVL. Divi Julii, nempe Cæſaris,

NATALIS. natalis dies. Virorum Principum immo etiam privatorum hominum natalem diem celebrari a Veteribus conſueviſſe nullus ignorat. Imperatorum vero aliquando etiam publice, poſtquam deceſſiſſent, natalis dies celebrata eſt, præcipue cum demortui Imperatoris laus atque fama Imperatori, qui viveret & rerum potiretur, cordi eſſet. Divi autem titulo donati ſunt primi illi Imperatores ab aſſentatoribus poſteris tunc maxime cum ſucceſſores per Apotheoſin eos in Deorum numerum ſolemniter retuliſſent.

8 MERCATVS DIES V. Mercatus dies quinque. Hi notantur Maffeorum quoque Kalendario Idibus Juliis. Erat autem antiquitus mercatus idem omnino ac nunc eſt *il mercato*, *la Fiera*: Nota quod in Kalendario Maffeorum *MerKatus* ſcribitur per K.

9 DIES ALL ATR. Dies Allienſis atra. De qua illud notandum inter atras hanc diem recenſitam ob cladem, quam Romani tulerunt a Gal-

Digitized by Google

a Gallis Senonibus apud Alliam fluvium in Sabinis, qui hodie dicitur *Caminate* aut *Rio de Moſſo*. ac proinde dies Allienſis, qua vel iter ipſum ſuſcipere infauſti ominis putabatur; unde Ovidius amatorem morbum expellere conantem hortatur ut fugiat, etiamſi dies ſit Allienſis

*Nec pluvias vites, nec te peregrina morentur*
*Sabbata, nec damnis Allia nota ſuis.*

IO TI CLAV. Tiberii Claudii. ſupple *natalis dies*. ſiquidem habetur integra ſententia in Kalendario Capranicorum, in quo ut hîc in noſtro, Kalendis Auguſti ſic legitur NATAL TI CLAVDII GERMANICI Solemni autem pompa Claudii natalem Antii ab his maxime Libertis celebratum jure putabit quisquis hos Servos ſive Libertos ſub Claudio Imperatore vixiſſe ejusdemque maxime patrocinio fultos tam largos in publica munera uti in prima Tabulæ hujus parte notantur, ſumptus feciſſe meminerit.

II SPEI. AVG ALEXAND

RECEPIT. Spei. Auguſtus Alexandriam recepit. Spes a Romanis Latiniſque univerſis veluti Dea habita & culta fuit, Templaque & aras & ſacrificia ab ipſis conſtituta habuit. Pub. Victor Aram Spei in Urbis Romæ regione prima, & Templum novum Spei in regione ſeptima collocavit. Huic Deæ quam non libenter nemo ſacrificaret, illiusque ſe crederet tutelæ, ſic elegantiſſime perſecutus eſt Ovidius l. 1. de Ponto. ep. 6. ad Græcinum.

*Hæc Dea, cum fugerent ſceleratas Numina terras,*
*In Dis inviſa ſola remanſit humo.*
*Hæc facit, ut vivat vinctus quoque compede foſſor*
*Liberaque a ferro crura futura putet.*
*Hæc facit, ut, videat cum terras undique nullas,*
*Naufragus in mediis brachia jactet aquis.*
*Sæpe aliquem ſolers medicorum cura reliquit,*
*Nec ſpes huic vena deficiente cadit.*
*Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,*
*Atque aliquis pendens in cruce vota facit.*
*Hæc Dea quam multos laqueo ſua colla ligantes*

*Non*

Digitized by Google

*Non eſt propoſita paſſa perire nece!*
*Me quoque conantem gladio finire dolorem*
*Arcuit, injecta continuitque manu.*
*Quidque facis? lacrymis opus eſt, non ſanguine, dixit:*
*Sæpe per has flecti Principis ira ſolet. &c.*

Quod autem hac die notetur, quod Auguſtus Alexandriam recepit, illud animadvertendum: in Kalendario nempe ad Agrippinam in ædibus Maffeorum hoc notari ſub die vigeſima ſexta Martii. Diverſa ſcilicet die Romæ atque Antii idem feſtum ſive victoriæ memoria recolebatur. Ceterum Auguſtus Alexandriam recepit U.C. anno 723. Pridie Kal. Septembr. Horat. l. 4. Od. 14.

*nam tibi quo die*
*Portus Alexandrea ſupplex*
*Et vacuam patefecit aulam,*
*Fortuna luſtro proſpera tertio*
*Belli ſecundos reddidit exitus*
*Laudemque & optatum peractis*
*Imperiis decus arrogavit.*

Nota, quod hoc loco Horatius *Alexandrea* dixerit non *Alexandria* Græcæ diphtongi ει rationem ſecutus, quæ ſæpè in nominibus præſertim Urbium per E latinum effertur ut *Apamea Laodicea* & alia.

12 DIVVS IVL HISP VIC. Divus Julius Hiſpanos vicit. Conſonat Kalendarium Maffeorum ſic: HAC DIE C. CAESAR VICIT HISPANOS. quæ victoria utpote celeberrima in faſtos eſt recenſita.

13 SALVTI IN COLLE. Kalendarium Capranicorum addit IN COLLE QVIRINALI. Ibi enim templo ſive ſacello conſtituto veluti Dea colebatur Salus. Salutis Templum a Fabio pictore depictum U.C. an. 450. tradit Plinius l. 35. c. 4. ſub Claudio vero idem incendio periit.

14 DIVVS IVL PHARS. Divus Julius Pharſaliam VICIT. vicit. Pompejum Magnum nempe in Pharſaliæ Campis. Erat autem Pharſalia Theſſaliæ pars ab Oppido ſeu duce gentis Pharſalo nomen mutuata. In Campis Pharſalicis bis Civili bello decertatum, ſcilicet Julium Cæſarem inter atque Pompejum, & iterum Auguſtum inter Brutumq; & Caſſium Julii Cæſaris percuſ-

Digitized by Google

cuſſores. Virg. Georg. p. ſub fin.

*Romanas acies iterum videre Philippi*:

Urbs ipſa quoque Pharſaliæ.

15 FERIÆ CERERI

ET OPI AVG. Feriæ Cereri & Opi Auguſtæ, ſive Auguſti. Feriæ idem ſignificant ac dies feſti, in quibus ſcilicet feriabantur h. e. ab operibus ac labore vacabant genioque indulgebant in illius Numinis honorem, cui feſtum dedicatum eſſet. *male feriatos Troas* appellat Horatius eosdem, quos Virgilius vocat *Urbem ſomno vinoque ſepultam*. Opim vero Auguſtam dixerunt ut Providentiam aliaque hujusmodi quæ leguntur paſſim in nummis.

16 DIANAE IN AVENT. Dianæ in Aventino. Ita & Kalend. Capranic. Templum in Aventino Colle habuit Diana Horatius Epod. od. ult.

*Quæque Aventinum tenet Algidumque*
*Quindecim Diana preces virorum*
*Curet. &c.*

Dianæquoque ædem extruxit L. Cornificius ſub Auguſto, ut tradit Sueton. in Octav. c. 29.

17 AVG. TRIVMP. Auguſtus triumphavit. Ter triumphavit Auguſtus; ſiquidem, inquit Sueton. in Oct. c. 22. *Curules triumphos tres egit Dalmaticum Actiacum Alexandrinum continuo triduo omnes*. Bene autem notatur in Kalendario, quod illuſtramus, Poſtridie idus Auguſti, triumphaſſe Auguſtum Cæſarem; refert enim Suetonius quod Sextilem menſem ſuo nomine nuncupavit magis quam Septembrem, quo erat natus, quia hoc ſibi & primus Conſulatus, & inſignes victoriæ obtigiſſent.

18 POR NP FER PORTVN. Portunalia: Nefaſtus Primo. Feriæ Portuni. Conſonant alia Kalendaria. Kalendarium vero Capranicorum addit locum Feſti nempe AD PONTEM AEMI h. e. *Æmilium*, qui & Sublicius. Ita Pub. Victor. in Reg. Urb. Romæ undecima. Ejus apparent rudera ſub Aventino. Portumnus ſive Portunus Portuum Deus habitus & cultus a Romanis. Idem fuit ac Palæmon, & Melicerta. Virg. Georg. 1.

*Vo-*

Digitized by Google

*Votaque ſervati ſolvent in littore nautæ*
*Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.*

Inoum vocat Melicertam ſive Portunum, eo quod Inûs filius eſſet. De ipſo Fabulæ paſſim apud Poetas præcipue Ovidium, qui Faſtor. 6. inter alia de Portuni nomine hæc habet.

*Leucothoe Graiis Matuta vocabere noſtris.*
*In portus nato jus erit omne tuo.*
*Quem nos Portunum ſua lingua Palæmona dicet.*

Portunalia vero Feſta fuere in Portuni honorem celebrata, ludi præcipue, quos eosdem cum Iſtmiis apud Græcos fuiſſe ſunt qui aſſerunt, Palæmonios a Palæmone, qui idem erat ac Portunus, appellatos. De his Claudianus de Conſulatu Manlii v. 289. *Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adſit.* Ceterum Portunalia ab Iſtmiis differre ſcripſit Varro l. 5. de ling. latin. Iſtmia enim in Neptuni, Portunalia vero in Portuni honorem celebrata; Adde quod Portunalia noctu agebantur, & initiandi magis quam ſpectaculi ſpeciem præſeferebant. De Feſtis Latinorum, quæ in ſingulos totius anni menſes celebrarentur fuſe atque erudite egit Petrus Marcellinus Corradinus Cardinalis Ampliſſimus in Veteris Latii hiſtoriæ Parte Prima.

19 AEDIS DIVI IVL DED. Ædis Divi Julii dedicatio. Ab Auguſto certe facta, qui Julii Cæſaris avunculi ſui nominis ac famæ dilatandæ & in perpetuum conſervandæ ſtudioſiſſimus fuit.

20 VIN. F. AVGVSTVS EXCESSIT. Vinalia. Faſtus. Auguſtus exceſſit. Vinalia dicti ſunt dies, quibus vinum novum Jovi libabant, ipſiq; guſtabant. Bis in anno celebrata ſunt. Prima ad diem Aprilis vigeſimam tertiam, de quibus Ovidius in Faſtis; altera, quæ in Kalendario notantur die vigeſima Auguſti. De Vinalibus Plin. l. 18. c. 29. *Vinalia priora, quæ ante hos dies ſunt nono Calendas Maii deguſtandis vinis inſtituta:* & infra: *Extra has cauſas ſunt Vinalia altera, quæ aguntur ad* 13. *Kal. Septembris: & Varro a Fidicula incipiente occidere mane determinat, quod vult initium Autumni eſſe, & hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis inſtitutum.* De exceſſu autem Auguſti, qui ad decimum quartum Kalendas Septembris in hoc Kalendario ſignatur, ita habet Sueton. in Octav. *Obiit* (Auguſtus) *in cubiculo eo-*



Digitized by Google

*dem, quo Pater Octavius: duobus Sextis Pompejo & Apulejo Coſſ. XIV. Kal. Septemb. hora diei nona, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno diebus quinque & triginta minus.* Idem Auctor poſtquam incredibilem pompam, qua Auguſti funus ab omnibus Ordinibus celebratum fuit, enarravit, ſubdit - *Reliquias legerunt primores Equeſtris Ordinis tunicati, & diſcincti, pedibuſque nudis ac in Mauſoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis* (ejus apparent veſtigia, ubi nunc Templum eſt Divo Rocco ſacrum) *extruxerat: circumjectaſque ſilvas & ambulationes in uſum populi tunc jam publicarat.*

21 INFER L. CAESARIS. Inferiæ Lucii Cæſaris. Is filius Auguſti fuit. Inferiæ vero eædem fuere ac ſacrificia Diis Manibus & Ludi Exequiales, & quæcumque in defuncti alicujus memoriam publice fierent. Latinorum morem in inferiis celebrandis fuſe habes deſcriptum in noſtro de Antiatibus libro.

22 FERIAE IOVI. Omnium celeberrimæ erant Feriæ Latinæ, quæ ab omnibus Latinis Populis in Monte Albano Jovi Latiali fiebant. De illis fuſe pariter & erudite Cardinalis Corradinus in prima Veteris Latii Parte.

23 COMM DCCLX. Commeatus ſeſtertium ſeptingenties ſexagies. In hac ipſa Tabula ad prid. non. Jul. habes COMM H-S CCCXXC Commeatus ſeſtertium trecenties octuagies. Commeatus autem idem erat ac Annona, ſive Cibaria, quæ ſtatis diebus de publico dabantur plebi. Cæſ. de Bell. Gall. c. 48. *Ea conſilio uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis & Heduis importaretur, Cæſarem intercluderent.*

24 INFER DI. Inferiæ Divi &c. De Inferiis diximus n. 21.

25 IN CIR. In Circo. Ludi nempe Circenſes exhibiti.
IN CIRC. De his fuſe egimus ubi de Ludis Antiatum.

26 H-S X. Seſtertium decies. De Seſtertiis vide notas primæ partis hujus Tabulæ.

27 AVG AED APOLL DEDICAVIT. Auguſtus ædem Apollinis dedicavit. De hac æde ita Sueton. in Octav. c. 29. *Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit* (Auguſtus) *quam fulmine ictam* *deſi-*

Digitized by Google

*deſiderari a Deo haruſpices pronunciarunt. Addita Porticus cum Bibliotheca Latina Græcaque, quo loco jam ſenior ſæpe etiam Senatum habuit, Decuriaſque Judicum recognovit.*

28 INFER GERMANIC. Inferiæ Germanici. Multi quidem hoc nomine appellati, præcipue ex Imperatoribus, quicumque rerum aliquid bellicarum in Germania geſſiſſent. Tabulam autem loqui puto de Inferiis Germanici Cæſaris filii Druſi Neronis Germanici. Is autem Germanicus Cæſar Auguſto cum primis dilectus ab Tiberio Auguſti juſſu adoptatus, verum præ invidia fraude ſublatus, fremente populo *Redde Germanicum*. Vide Sueton. in Octav. & Tiber. Huic Ovidius Faſtorum libros inſcripſit ſic init. l. 1.

*Reſpice pacato Cæſar Germanice vultu*
*Hoc opus, & timidæ dirige navis iter. &c.*

29 VERN DIES FEST. Vernani dies feſtus. De Vernano vide notas primæ partis hujus Tabulæ.

30 DIVVS AVG TOG. Divus Auguſtus Togam

RILEM SVM. Virilem ſumſit. Virilem Togam ſumebant Romani poſt annum 15., vel ut aliis placet, 16. Dicebaturque Virilis eo quod e pueris veluti ac ephebis qui eam induerent ad virorum cætum tranſirent. Eadem fuit Virilis Toga ac Pura nullo nempe purpuræ prætextu ornata, qualis erat Prætexta puerorum veſtis. Dicta eſt etiam Libera; quo namque die ſumebatur, initium veluti libertatis erat. Liberabantur enim a ſervitio pędagogorum & cuſtodum. Unde Sanctus Paulus Galat. 4. v. 1. & 2. rectiſſime: *Quanto tempore hæres parvulus eſt nihil differt a Servo, cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt uſque ad præfinitum tempus a patre.* De hac libertate Hor. in Art. poet.

*Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto.*

& Ovid. de hac Toga Libera. Triſt. 4. el. 10.

*Interea tacito paſſu labentibus annis,*
*Liberior fratri ſumta mihique Toga.*

Qui Virilem Togam ſumebant ii *togam mutare* dicebantur. Hor. Od. 36. l. 1.

*Nulli plura tamen dividit oſcula*



Digitized by Google

*Quam dulci Lamiæ, memor*
*Actæ non alio rege puertiæ,*
*Mutatæque ſimul Togæ:*

Porro dies, quo Toga mutabatur, feſtus deinceps quotannis habebatur, ut præter cetera teſtimonia Plinii l. 1. ep. 9. & Tertulliani de Idolol. cap. 16. aliaque, plane liquet ex hac tabula, in qua dies, quo Auguſtus togam virilem ſumſit inter feſtos notatur. Eo die pariter Capitolium magna propinquorum amicorumque turba ſtipati religionis cauſa aſcendebant. Val. Max. l. 5. c. 4. *Hanc pietatem æmulatus M. Cotta eo ipſo die, quo togam ſumſit virilem, protinus ut e Capitolio deſcendit* &c. Ceterum quot annos natus virilem togam Auguſtus ſumſerit habemus ex Suetonio in hæc verba *Quadrimus* (Auguſtus) *patrem amiſit: duodecimum annum agens Aviam Juliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio poſt virili Toga ſumta militaribus donis triumpho Cæſaris Africano donatus eſt, quamquam expers belli propter ætatem*. Sueton. in Octav. c. 8.

31 A K NOV F. Lege. A. ſive Prima dies Octidui. K. Kalendæ NOV Novembris. F. Faſtus. De his omnibus actum in ſuperioribus notis.

32 LVD PLEB COM H-S.
DC.

Ludi Plebeii Commiſſi ſeſtertium ſexcenties. Ludi Plebeii ii ſunt appellati, quos Romani poſt exactos Reges, poſtque Plebem patribus reconciliatam, & ex Aventino, in quo ſeceſſerat, reductam celebraverunt. Ita Aſconius in proœm. action. in Verr. De his Livius l. 29. c. 11. *Ludi Romani ter, Plebeii ſepties inſtaurati*.

33 AGRIPP IVL NAT. Agrippinæ Juliæ natalis dies. Filiæ vel Neptis Auguſti.

34 EPVLVM INDICITVR. Sic habet etiam Maffeorum Kalendarium. Epulum autem fuit publicum convivium Civibus, qui in propatulo veſcerentur ſolemniter datum: Horat. Satyr. 3. l. 2.

*Hæredes Staberj ſummam incidere ſepulcro.*
*Ni ſic feciſſent; gladiatorum dare centum*
*Damnati populo paria, atq; epulum arbitrio Arri*

*Fru-*

Digitized by Google

*Frumenti quantum metit Africa.*

Epulum quoque fuit convivium publicum, quod Diis veluti epulaturis parabatur, eratque ſacrificii genus. Sternebantur proinde diſcubitorii lecti Jovi, puta, Junoni, Marti, &c. dicebaturque lectiſternium. Curatores Sacrificii Epulones dicti ſunt, qui primo Treſviri, mox Quinqueviri, poſtea Septemviri, ac demum ab Auguſto Decemviri creati ſunt. Ex Septemviris Epulonum fuit C. Cæſtius, cujus ſepulcrum adhuc extat Romæ ad Portam Oſtienſem.

35 EQVOR PROB. Equorum probatio. Ita & in altero Kalendario Maffeorum die Novembris quartadecima, idemque in utroque notatur quartadecima Septembris. Hanc equorum probationem, per curſum ſcilicet, ab Equiriis, quæ menſibus Februario & Martio fiebant, differre crediderim. Siquidem Equiria Ludi erant, in quibus equi in Martis honorem currebant in Campo Martio prope eum locum, ubi nunc Templum Sanctæ Mariæ *in Aquiro*, corrupto vocabulo nuncupatum, juxta quod Sanctus Ignatius Lojola is qui Societatem Jeſu fundavit, ὀρφανοτροφεῖον ſive domum ad alendos parentibus orbatos pauperes pueros inſtituit. De Equiriis Ovid. l. 2. Faſt. in fine.

*Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen,*
*Quæ Deus in Campo proſpicit ipſe ſuo.*

36 L AVG NA TAL. Liviæ Auguſtæ natalis dies. Fuit Auguſti uxor viro chariſſima, quam ex parte tertia hæredem reliquit Auguſtus, & ferre nomen ſuum juſſit. Suet. in Oct.

37 SOL IN SA GITT. Sol in Sagittario. Sagittarius ſignum eſt Cæleſte triginta & una Stellis conſtans.

38 CON. Congiarium. Munus populo datum & militibus, Deduxit nomen ex congio menſura liquidorum; quod darentur populo etiam vina pro munere. De Congiariis paſſim mentio apud Hiſtoricos.

Quamquam meæ huic interpretationi ego ipſe non ſatis fidam; cum Congiaria ſtatum diem in Faſtis habuiſſe nusquam legerim.

Hæc habui, quæ de hac vetuſtiſſima Tabula, ſeu potiùs Tabulæ frag-

Digitized by Google

fragmento Antii reperto dicerem: tum ut Antiatibus monumentis, quorum hic ſermo, hoc quoque tam præclarum adjungerem; tum maxime ut Alexandro Albano Cardinali Ampliſſimo Clementis Undecimi Pontificis Maximi fratris filio hanc qualemcumque gratiam referrem ob ejusdem Tabulæ exemplar in æs inciſum mihi communicatum. Ceterum *tantum abeſt* (Tullii verbis utar Tuſcul. Quæſt. l. 2.) *ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus. In ipſa enim Græcia, Philoſophia tanto in honore nunquam fuiſſet, niſi doctiſſimorum contentionibus, diſſenſionibusque viguiſſet.*

FINIS

Typis Io: M.ª Salvioni

Digitized by Google

Digitized by Google

frag
qu
m
d

Digitized by Google